INDUS, id est, de India, hebraice dicitur *Hodu* id est, Laudatio.
INDIA, *Job.* XXVIII, 16, hebraice *Ophir*, id est, Cinis.
ISAAC, Risus.
ISAI, Munus, aut Ens.
ISAI, I *Par.* II, 13, Vir meus.
ISAIAS, Domini salus.
ISBOSETH, Vir confusionis.
ISCARIOTES, Vir occisionis.
ISMAEL, Exauditio Dei.
ISRAEL, Prævalens Deo.
ISSACHAR, Est merces, præmium.
ITHAMAR, Insula palmæ.

J

JABEL, Defluens.
JABES, Siccitas, per *Sin* in fine.
JABES, Tristitia, per *Sade* in fine.
JACOB, Supplantator.
JAHEL, Ascendens, Damula.
JAHIEL, Vivit Deus.
JAIRITES, Illuminatus.
JAMIN, Dextera, vel dexter.
JAPHET, Dilatatus.
JASON, Sanans.
JAVAN, Decipiens.
JEBUS, Conculcatio.
JECHONIAS, Præparatio Domini.
JEHU, Ipse, Exsistens.
JEHUS, Tinea corrosus, per *Sin*.
JEHUS, I *Par.* VIII, 10. Consilians, per *Sade*.
JEMINI, Dextera, vel dexter.
JEPHTE, Aperiens.
JERAMEEL, Misericordia Domini.
JEREMIAS, Celsitudo Domini.
JERICHO, Luna, Mensis.
JEROBAAL, Impugnans idolum.
JEROBOAM, Impugnans populum.
JEROSOLYMA, Visio pacis, Visio perfecta.
JERUSALEM, *idem*.
JESSE, Ens, Exsistens.
JESBOC, Est vacuus.
JESUS, hebraice *Jehosua*, Dominus salvator.
JETHRO, Excellens.
JEZONIAS, Ausculatio Domini.
JEZRAHEL, Semen Dei.
JOAB, Paternitas, Habens patrem.
JOACHAZ, Domini apprehensio.
JOACHAZ, II *Par.* XXXIV, 8, Apprehendens.
JOACHIM, Domini præparatio.
JOACIM, Domini resurrectio.
JOAS, Diffidens, Desperans
JOAS, Domini ignis, IV *Reg.* XI, 21, hebraice *Jehoas*.
JOAS, I *Par.* VII, 8; XXVII, 28, Tinea corrosus, per *Ain*.
JOB, Dolens, Gemens.
JOEL, Volens, Incipiens.
JOHANNAN, Gratiosus, Pius, Misericors.
JOHANNES, *idem*.
JONAS, Columba.
JONADAB, Spontaneus.
JONATHAN, Domini donum, filius Saul.
JORAM, Excelsus.
JORDANIS, Fluvius judicii.
JOSAPHAT, Dominus judex.
JOSEPH, Augmentum.
JOSEPH, *Ps.* VIII, 6, Domini augmentum. Hebraice *Jehoseph*.
JOSIAS, Ignis Domini.
JOSUE, Dominus salvator.
JUBILÆUS, Buccina.
JUDAS, Laudatio.
JULIUS, Lanuginosus.

L

LABAN, Albus, Candidus.
LAMECH, Pauper, Humiliatus.
LAPIDOTH, Fulgura.
LAZARUS, Dei adjutorium.
LECHI, Maxilla.
LEGI, Lex.
LEVI, Copulatus.
LEVIATHAN, Copulatio, Societas sua
LIA, Laboriosa, Fatigata.
LIBANUS, Candidus.
LIBYA, hebraice *Lubim*, Cor maris.
LITHOSTROTOS, Lapidibus stratus.
LOT, Involutus, Colligatus.

M

MAACHA, Attrita.
MAASIAS, Opus Domini.
MACEDA, Incendium.
MADIAN, Judicium, Litigans.
MAGDALENA, Magnifica.
MAGI, Sapientes, vel Philosophi
MALACHIAS, Nuntius meus.
MALALEEL, Laudans Deum.
MALCHUS, Rex.
MAMMONA, Pecunia, Divitiæ.
MAMZER, De scorto natus.
MANAHEM, Consolator.
MANASSES, Oblitus, Oblivio.
MANUE, Requies.
MARA, Amara.
MARDOCHAI, Amara contritio.
MARIA, Exaltata, Amaritudinis mare
MARTHA, Provocans.
MASSA, Onus.
MASPHA, Specula.
MATHUSAEL, Mortem suam postulans.
MATTHÆUS, Donatus.
MELCHIAS, Rex Dominus.
MELCHISEDECH, Rex justitiæ.
MELCHISUA, Rex salvator.
MESOLLAM, Pacificus.
MESOPOTAMIA, Regio sic dicta, quod duobus fluviis Euphrate et Tigre ambiatur.
MICHA, Pauper.
MICHAEL, Quis sicut Deus?
MICHÆAS, *idem*.
MICHOL, Quis omnia?
MIPHIBOSETH, De ore ignominia
MISAEL, Quis postulatus?
MISLE, Proverbia, nomen libri.
MISPHAT, Judicium.
MINA, Libra, Talentum.
MOAB, De patre.
MORIA, Amaritudo.
MOSA, Azymum, per *Sade*.
MOSA, I *Par.* VIII, 9, Onus.
MOYSES, Attractus (subauditur de aquis).
MYSIA, Scelesta.

N

NAAMAN, Pulcher.
NABAL, Stultus.
NABO, Loquela, Prophetia.
NABOTH, *idem*.
NABUCHODONOSOR, Planctus judicii.
NACHOR, Raucus, Aridus.
NADAB, Spontaneus.
NAHASSON, Coluber, Serpens.
NAHUM, Consolator.
NAIM, Pulcher.

NATHAN, Donatus.
NATHANAEL, Donum Dei.
NAZARÆI, Separati, Sanctificati.
NAZARETH, Sanctificata, Separata. Si autem per *Sade* scribatur, Custodita vel Florida interpretatur.
NEAPOLIS, Nova civitas.
NEHEMIAS, Consolatio.
NEHUSTAN, Æneum.
NEMROD, Rebellis.
NEPHTHALI, Æquiparatio.
NINIVE, Pulchra.
NOE, Cessatio, Requies.
NORMA, Decora.

O

OBADIAS, Servus Domini.
OBED, Servus.
OBEDEDOM, Servus hominis.
OCHOSIAS, Apprehensio.
ODOLLAM, Testimonium illis.
OG, Subcinericius panis.
OLLA, Elevatio, Holocaustum.
ONAM, Dolor.
ONANA, Dolor, Iniquitas.
ONESIMUS, Utilis.
OOLLA, Tabernaculum.
OPHNI, Pugnus, Pugillus.
OREB, Corvus.
OSEE, Salvator.
OZA, Fortitudo.
OZIAS, Fortitudo Domini.
OZIEL, Fortitudo Dei.

P

PALÆSTINA, Conspersa (subauditur cinere).
PARACLETUS, Consolator, Advocatus.
PARASCEVE, Præparatio.
PASCHA, Transitus.
PENTATEUCHUS, Quinque volumina.
PENTECOSTES, Quinquagesima (suppletur dies).
PETRUS, Saxum, Petra.
PHACEE, Aperiens.
PHANUEL, Videns Deum.
PHARAO, Dissipans.
PHARES, Divisio, filius Judæ.
PHARES, per *Sin*, I *Par.* VII, 16, Eques.
PHARISÆI, Divisi.
PHASE, Transitus.
PHASGA, Collis.
PHILISTHÆA, Conspersa cinere.
PHINEES, Facies confidentiæ.
PHOGOR, Hiatus.
PHUL, Africa.
PIGMÆI, hebraice dicuntur *Gamadim*.
PROBATICA, Ovina, locus ubi pecora sacrificanda tenebantur.
PROSELYTUS, Advena, Peregrinus.

R

RAAB, *Ps.* LXXXVI, 4, Superba, Fortis.
RABBA, Multa, Grandis.
RACHEL, Ovis.
RAGUEL, Pastor Dei.
RAHAB, Lata, Dilatata.
RAM, Excelsus.
RAMESSES, Tonitruum tineæ.
RAPHAEL, Medicina Dei.
RAPHAIM, Gigantes, Medici.
REBECCA, Saginata.
REBLA, REBLATHA, Rixa.
RECHAB, Quadriga.
REMMON, Malum granatum.
RESPHA, Extensio.
ROBOAM, Dilatans populum.
ROMA, Excelsa, Sublimis.
RUBEN, Videns filium.
RUMA, Excelsa.
RUTH, Saturata.

S

SAAPH, Cogitans.
SABA, per *Sin*, Conversio, Captivitas.
SABA, per *Samech*, Circuitio.
SABAOTH, Exercitus, in plurali.
SABATHA, Circuitus.
SABBATISMUS, Requies, Cessatio.
SABBATUM, *idem*.
SADDUCÆI, Justi.
SADOC, Justus.
SALE, Missio.
SALEM, vel SALLEM, Pax.
SALMANASAR, Pax ligata.
SALMON, Pacificus.
SALOMITH, *idem*, f. gen.
SALOMON, Pacificus.
SALPHAAD, Umbra formidinis.
SAMARIA, Custodia, Adamas.
SAMSON, Sol ejus, nominis iteratio.
SAMUEL, Positus a Deo.
SAPHAN, Hericius, Cuniculus.
SAPHAT, Judicans.
SARA, per *He* in fine, Domina, uxor Abrahæ.
SARA, per *Heth* in fine, Odorans, Domina odoris.
SARAI, Domina mea.
SAREPHTHA, Angustia buccellæ.
SARON, sive SARONA, Planities.
SATAN, Adversarius.
SAUL, Postulatus, Commodatus.
SAUL, I *Reg.* IX, 2, hebraice *Saul*, Vulpes
SCENOPEGIA, Festum Tabernaculorum.
SCHIBBOLETH, Spica.
SEDECIAS, Justus Domini.
SEGOR, parva.
SEHON, Eradicatio.
SELA, Dissolvens, filius Judæ.
SELLUM, Pacificus.
SELLUM, Manens.
SEM, Nomen, Fama, Positus.
SEMEI, Obediens.
SEMEI, I *Par.* II, 28, Nomen meum.
SENNACHERIB, Rubus destructionis.
SEON, Sonitus.
SEPHARVAIM, Libri, vel Scribæ.
SEPHORA, Pulchra, aut Tuba, *Exod.* I, 15, per *Sin*.
SEPHORA, *Exod.* II, 21, Avis, Passer; uxor Moysis.
SETH, Positus.
SETIM, Expansiones.
SIBA, Exercitus, Militia.

SIBBOLETH, Onus.
SICERA, Ebrietas.
SICHEM, Humerus.
SIHOR, Niger, Turbidus, Nilus.
SILOE, Missus, Mittens.
SIMEON, Audiens, Exauditio.
SIMON, Obediens.
SIN, Rubus, *Exod.* XVI, 1, per *Samech*.
SIN, per *Sade*, Arma, Scutum.
SION, Acervus, II *Reg.* V, 7.
SION, *Deut.* IV, 48, Strepitus.
SISARA, Hirundinem videns.
SODOMA, Secretum eorum.
SOMER, Custos.
SOPHETIM, Judices.
SOREC, Vinea.
STEPHANUS, Coronatus.
SULAMITIS, Pacifica, Perfecta.
SUNAMITIS, Dormiens.
SUSANNA, Lilium, Rosa.

T

TARSUS, Alata, Pennata.
THABOR, Electio, Puritas.
THADDÆUS, Laudans.
THAMAR, Palma, Dactylus.
THARE, Odorans, Spirans.
THARSIS, Contemplatio gaudii.
THAU, Signum.
THECUA, Spes, Funiculus.
THERAPHIM, Simulacra.
THOMAS, Abyssus, Geminus.
THOPHETH, Tympanum, Seductio.
TIMÆUS, Cæcus, Cæcitas.
TIMOTHÆUS, Honor Dei.
TITUS, Honorabilis.
TOBIAS, Bonus dominus.
TUBALCAIN, Mundana possessio.
TYRII, hebraice *Sorim*, id est, Tribulantes.

U

UR, Ignis.
URIAS, Ignis Domini.

V

VAICRA, Et vocavit; liber *Levitici*.
VAIEDABBER, Et locutus est; liber *Numerorum*.
VASTHI, Potans, Bibens.
VEELLE SEMOTH, Et hæc sunt nomina; secundus liber legis, qui *Exodus* græce vocatur.

Z

ZABAD, Dos, Dotatus.
ZABDI, *idem*.
ZABULON, Habitaculum.
ZACCHÆUS, Purus.
ZACHARIAS, Memoria Domini.
ZAMBRI, Cantans.
ZARA, Oriens.
ZEBEDÆUS, Dos, Dotatus.
ZEBEE, Victima.
ZELOTES, Æmulator.
ZELPHA, Distillatio oris.
ZOROBABEL, Alienus a confusione.

INDEX GEOGRAPHICUS

REGIONUM ET LOCORUM

IN UTROQUE TESTAMENTO MEMORABILIUM.

A

ABARIM, mons Moabitarum contra Jericho supra Jordanem.

ABELSATIM, non procul a Jordane locus in deserto ad meridiem Moabitarum, a spinarum copia nomen habens.

ABYLINA, Syriæ sive Phœniciæ tractus, cujus metropolis fuit Abyla.

ACCARON, urbs Philistinorum quæ capta a Juda venit in sortem tribus Dan.

ACHAIA, Græciæ pars meridionalior, ubi Corinthus.

ADRIA, id est, mare Adriaticum.

ÆGYPTUS, Africæ regio, quæ ad occidentem Judææ sita, ab oriente jungitur Assyriæ et mari Rubro; ab occidente habet Libyam atque Cyrenen; a meridie limitem qui Syenen a

Æthiopia dirimit, atque Oceanum; a septentrione mare magnum, sinumque Arabicum et terram ad Syriam usque.

Æthiopia, regio ab Indo flumine consurgens, juxta Ægyptum, inter Nilum et Oceanum, et in meridie sub ipsa solis vicinitate jacens.

Aialon vel Ajalon, civitas constructa a Roboam. Altera in tribu Dan data levitis. Altera denique fuit in tribu Zabulon, ubi mortuus est ac sepultus Abialon.

Ailath, civitas regni Edom, ad mare Rubrum.

Ain, civitas in termino Judæ ad orientem.

Alexandria, ab Alexandro magno condita in parte Africæ, nunc Ægypti urbs notissima.

Alus, quo descenderunt filii Israel a Daphca ad terram Chanaan.

Amalec, unde Amalecitis regio ad mare Rubrum usque protensa.

Ammon, unde Ammonitæ, quorum metropolis Rabbath, quæ postea Philadelphia est dicta.

Amorrhæi, populi in plura parva regna divisi, et cis Jordanem inter Chananæos dispersi, quorum plurimi recensentur reges.

Amphipolis, urbs in Macedonia.

Anathoth, civitas sacerdotalis, in terra Benjamin.

Antiochia, totius Syriæ metropolis, ubi discipuli primum Christiani dicti sunt.

Antiochia Pysidiæ, urbs Asiæ Minoris.

Antipatris, urbs in dimidia tribu Manasse juxta mare Mediterraneum.

Apollonia, urbs Macedoniæ.

Appii forum, urbs inter Terracinam et tres Tabernas, nunc *Cæsarilio di S. Maria.*

Arabia, regio Asiæ Majoris inter Judæam et Ægyptum.

Arad, civitas Amorrhæorum ad sortem Juda pertinens.

Ararat, regio Armeniæ, aut ipsa Armenia.

Argob, regio Basanitis, vocata terra Raphaim.

Armenia, regio Asiæ amplissima.

Arnon, urbs, rupes et torrens.

Aser, una ex tribubus Israel.

Asia Minor, pars Asiæ Majoris quæ una est ex quatuor orbis partibus. Illa ab aquilone, Ponto-Euxino : ab occasu, mare Ægæo; ab austro, Mediterranei maris parte; ab ortu vero, terminatur Euphrate fluvio. Nunc vulgo *Anatolia*, sive *Natolia.*

Assyrii, populi post Euphratem loca tenentes.

Astaroth, urbs in campestribus Moab.

Atad, locus trans Jordanem, duobus millibus a Jordane.

Athenæ, urbs Græciæ clarissima.

Attalia, urbs in littore Pamphyliæ.

Azotus, insignis Palæstinæ urbs inter Ascalonem et Joppen, in tribu Dan; una fuit ex quinque satrapiis Philistinorum in Palæstina.

B

Babylon, in Assyria, sive Chaldæa in campo Sennaar, caput regni Chaldæorum. Ipsa Babylonia Mesopotamiæ conjuncta est inter Euphratis ipsius conversiones; australior est; Syriam tamen non excedens, Tigri et Euphrate irrigata.

Basan terra, regio sive regnum, quæ prius erat Raphaim, id est Gigantum, dicta.

Benjamin, una e tribubus filiorum Israel in meditullio Terræ Promissionis.

Berœa, urbs Macedoniæ.

Bethabara, locus ad Jordanem, in tribu Ruben.

Bethania, castellum juxta Jerosolymam.

Bethel, urbs in tribu Benjamin; eadem et Luza dicta.

Bethlehem, cujus nomine duæ sunt civitates : una in tribu Zabulon, altera in tribu Juda, civitas David.

Bethsaida, civitas in Decapoli, ad mare Tiberiadis.

Bethulia, civitas in tribu Zabulon, patria Judith.

Bithynia, regio Asiæ Minoris.

Boniportus, in Creta insula.

C

Cabul, regio Galilææ, quam Salomon Hiram regi Tyri dedit.

Cades, fons, desertum, statio et civitas.

Cæsarea, urbs maritima et in medio Palæstinæ littore posita.

Cæsarea Philippi, quæ et Lais et Dan, ad fontes Jordanis.

Cana Galilææ, civitas in tribu Zabulon.

Capharnaum, civitas in Decapoli, Galilææ metropolis ad ripam fluvii Jordanis.

Cappadocia, regio Asiæ Minoris.

Cariathiarim, civitas Hevæorum in tribu Juda.

Carmelus, mons in tribu Issachar, incolatu Eliæ et prophetarum Baal cæde celeber.

Carthago, civitas olim Libyæ metropolis.

Cauda, insula penes Cretam insulam.

Cedron, torrens ab oriente inter urbem Jerusalem ac montem Oliveti decurrens.

Cenchreæ, portus Corinthiorum.

Chaldæa, regio Asiæ Majoris notissima, inter Arabiam Desertam ad occidentem, et Tigrim fluvium ad orientem.

Chanaan, regio habitata a filiis Chanaan filii Cham.

Chius, insula in mari Ægeo.

Cilicia, regio Asiæ Minoris.

Colossæ, urbs Phrygiæ Magnæ in Asia Minore.

Corinthus, urbs Achaiæ celeberrima intra isthmum Peloponesium.

Corozain, urbs Decapoleos, in conspectu Capharnai.

Cous, insula et urbs in mari Ægæo.

Creta, insula in mari Mediterraneo.

Cyrene, urbs Libyæ, seu provinciæ dictæ Cyrenaicæ, quæ provincia nunc provincia de *Barca* dicitur.

D

Dalmanutha, oppidum trans mare Galilææ non longe a Magedan.

Dalmatia, Illyrici pars est ad mare Adriaticum.

Damascus, Syriæ olim metropolis, nunc *Damas.*

Dan, una ex tribubus filiorum Israel.

Decapolis, regio circa Jordanem, a Libano monte ad mare Galilææ.

Delos, insula una Cycladum.

Derbe, urbs Lycaoniæ.

E

Eden, Paradisus terrestris; qui fuerit hactenus incertus.

Edom, regio quæ et Idumæa.

Edrai, in regione Amorrhæorum urbs regis Og.

Elam, provincia quæ complectebatur Persidem et Mediam : ejus incolæ Elamitæ dicti sunt.

Elath, civitas regni Edom.

Elim, civitas Moabitarum.

Elymais, nobilissima civitas in Perside, eadem quæ Persepolis.

Emath, regio et urbs.

Emmaus, oppidum vel castrum in tribu Juda, stadiorum sexaginta distans ab Jerusalem.

Endor, civitas prope montem Ephraim.

Engaddi, urbs juxta mare Mortuum.

Ennon, oppidum juxta Jordanem in dimidia tribu Manasses.

Ephesus, urbs Ioniæ maritima, in Asia Minore.

Ephraim, tribus et mons.

Ephratha, urbs in tribu Juda, alias Bethlehem dicta.

Etham, locus ad quem venerunt filii Israel profecti de Socoth.

Euphrates, maximus fluvius e montibus Ararat sive Armeniæ erumpens, in Tigrim sese effundit ac nomine deperdito cum eo in sinum Persicum evolvitur.

Excelsa Baal, mons Moabitidis regionis.

G

Gabaon, urbs metropolis Hevæorum.

Gad, tribus trans Jordanem.

Gadara, urbs aut villula ad ripam orientalem lacus Genesareth, ex qua Gadareni.

Gadgad, locus et mons in deserto.

Galaad, regio trans Jordanem, concessa tribubus Ruben, Gad et dimidiæ tribui Manasse.

Galatia, regio Asiæ Minoris inter Phrygiam et Cappadociam.

Galilæa, regio celeberrima et quæ septentrionalem obtinet totius Palæstinæ partem : quatuor tribus continebat, Aser, Nephthali, Zabulon et Issachar.

Garizim, mons Samariæ altissimus, prope urbem Sichar.

Gaza, civitas una ex quinque satrapiis Philistinorum.

Gehon, fluvius e Paradiso terrestri egrediens.

Genesareth, regio circa urbem Genereth in tribu Nephthali.

Gerara vel Gergesa, urbs ad orientem maris Galilæi, ex qua vicini populi Geraseni vel Gergeseni dicti sunt.

Gessen terra, regio inferioris Ægypti.

Gnidus, urbs maritima Doridis in Caria

Gomorrha, una ex civitatibus Pentapoleos, olim a Deo igne cœlesti diruta, quo in loco mare Mortuum nunc est.

Græcia, regio Europæ celeberrima, quæ olim ab incolis vernaculo nomine Hellas appellata est.

H

Hebron, civitas in terra Chanaan in montanis Judææ, civitas Amorrhæorum quondam Philistinorum metropolis.

Hebrona, Israelitarum in deserto trigesima prima mansio.

Hermon, mons a Libano ad montes Galaad protensus.

Hesebon, civitas in Galaad Moabitarum.

Hierapolis, urbs Phrygiæ Magnæ in Asia Minore.

Hispania, regio Europæ meridionalior.

Hor, mons juxta civitatem Petram, in finibus Edom.

Horeb, mons in deserto Madian in Arabia.

Hus, patria Job, in Idumæa, in solitudine Pharan, cujus erat Pharan civitas ipsius Job.

I

Iconium, urbs Lycaoniæ, aliquando metropolis in Asia Minore.

Idumæa, alias Edom, regio vicina Judææ ad meridiem.

Illyricum, regio ad dexteram Danubii ripam, nunc *Sclavonia.*

India, Asiæ regio amplissima latissimaque.

Iscarioth, vicus esse creditur non longe a Samaria.

Issachar, una ex tribubus filiorum Israel.

Italia, regio Europæ celeberrima, patria Romanorum, ab Italo rege vocabulum trahens.

Ituræa, regio trans Jordanem, Arabiam inter et Samariam.

J

Jericho, urbs regia in tribu Benjamin.

Jerusalem, civitas olim regia, in tribu Benjamin, quæ Davidici regni, omniumque regum Juda sedes fuit, Palæstinæ metropolis.

Joppe, in tribu Dan, civitas maritima.

Jordanis, maximus est et pene unicus totius Palæstinæ fluvius, sub Libano monte, per lacum Genesareth defluens, in Asphaltidem lacum desinit.

Juda, tribus regia ex qua nasciturus erat Christus.

Judæa, regio Asiæ, minima quidem sed nobilissima, variis insignita nominibus, etenim terra Chanaan, Terra Promissionis, terra Israel, terra quoque Juda, Palæstina.

Judææ montana, loca sparsim tribus Judæ, ubi civitates supra montes exstructæ.

L

Laodicea, urbs in Lydia, regione Asiæ Minoris.
Libanus, omnium totius Terræ Promissæ montium celeberrimus.
Libya, regia Africæ inter Ægyptum et Cyrenaicam.
Lycaonia, regio Asiæ Minoris mediterranea.
Lycia, regio Asiæ Minoris maritima.
Lydda, civitas in tribu Ephraim.
Lystra, civitas Lycaoniæ.

M

Macedonia, regio Græciæ nobilissima.
Madian, seu Arabia Petræa.
Magedan, locus trans mare Galilææ respectu Capharnai et Bethsaidæ.
Manasse, una e tribubus, in duas partes divisa.
Mare, id est mare Galilææ, vel stagnum Tiberiadis, aut Genesareth.
Mare magnum, hoc est mare Mediterraneum.
Mare Rubrum, proprie sinus est Arabicus inter Africam et Asiam, habens vicinam ab aquilone Idumæam.
Melita, insula maris Mediterranei.
Memphis, civitas clarissima Ægypti.
Mesopotamia, Majoris Asiæ Syriæque pars.
Miletus, urbs Cariæ in Asiæ littore.
Moab regio, quæ et Moabitis, in qua et campestria Moab et desertum Moab.
Moria, mons super quem Abraham immolare cœpit filium suum Isaac, et in quo Salomon ædificavit templum Domini.
Myra, urbs Lyciæ non ignobilis.
Mysia, regio Asiæ Minoris.
Mytilene, urbs in insula Lesbo.

N

Naim, urbs in tribu Issachar.
Nazareth, civitas Galilææ, in qua Christus conceptus est, educatus, et plurimam ætatis suæ partem egit.
Neapolis, urbs Macedoniæ.
Nephthali, tribus ad superiorem Jordanis ripam.
Nicopolis, urbs in Epiri regione.
Nilus, fluvius Africæ maximus et notissimus.
Ninive, ab Assur condita in Assyria ad lævam Tigris fluvii.

P

Palæstina, Syriæ regio, quæ Hebræis dicitur Philisthiim.
Palmyra, hebraice Thamor, civitas quam ædificavit Salomon, in Arabiæ Desertæ condiis.
Pamphilia, maritima regio Asiæ Minoris.
Paphus, urbs in insula Cypro.
Patara, urbs Lyciæ maritima.
Patmos, insula in Ægæo mari, in quam Joannes apostolus relegatus est.
Pentapolis, sic dicta a quinque civitatibus Sodoma, Gomorrha, Adama, Seboim et Segor.
Pergamus, urbs Lydiæ in Asia Minori.
Perge, urbs Pamphyliæ mediterranea.
Persia, cujus incolæ Persæ et Perses, regio Asiæ amplissima et clarissima.
Petra et Petra deserti. Civitas olim Moabitarum regia et metropolis Arabiæ ab ea Petrææ dictæ.
Pharan, campus, desertum et mons. Accipitur Pharan pro prima parte deserti Arabiæ prope montem Sinai et pro ultima parte versus Terram Promissionis. Mons Pharan Sinai monti est contiguus. Urbs Pharan civitas erat ipsius Job.
Pharphar, fluvius Damasci.
Philadelphia, urbs Lydiæ in Asia Minori.
Philippi, urbs Macedoniæ.
Philisthæi, Philisthim ac Philistini, populi filiis Israel infensissimi, quorum terra erat in quinque satrapias distincta, quarum australior Gaza, deinde Ascalon, Azotus media, postea Accaron, tandem Geth borealior.
Phison, magnum Indiæ flumen e Paradiso fluens.
Phœnicia, regio et pars Syriæ; dividitur in Phœniciam, quæ maritima est, et in Phœniciam Libani, quæ Libæesa et Libanisia dicta.
Phœnix, portus in Creta insula.
Phogor, mons in terra Moab in supercilio Libyadis.
Phrygia, regio Asiæ Minoris.
Pisidia, regio Asiæ Minoris.
Pontus, regio Asiæ, Cappadociam inter et Pontum-Euxinum.
Puteoli, locus est in littore Campaniæ Felicis.

R

Rama, civitas in tribu Benjamin, non procul a Gabaon.
Ramesses. Civitas in extremis finibus Ægypti.
Rhegium, urbs Italiæ ad fretum Siculum.
Roma, civitas Italiæ, totius orbis caput.
Ruben, una e tribubus filiorum Israel trans Jordanem, sita in terra Moab.

S

Salamina, urbs insulæ Cypri.
Salem, urbs in Sichimis.
Samaria, regio Palæstinæ, cujus in medio posita est, inter Judæam et Galilæam.
Samaria, urbs in Samariæ regione.
Samothracia, insula in Ægæo mari.
Samus, insula et urbs in Ægæo mari.
Sardes, urbs in Lydia, Asiæ Minoris parte.
Sarephta, urbs maritima inter Tyrum et Sidonem.
Saron, urbs regia in tribu Ephraim.
Seboim, una e quinque urbibus regionis Pentapoleos.
Seir, mons Idumææ, inter Asphaltiten lacum et Ægyptum.

Seleucia, urbs maritima non longe ab Antiochia magna.
Sennaar, pars australior Mesopotamiæ.
Sidon, civitas maritima, olim Chananæorum regia postea in tribu Aser.
Simeon, una ex tribubus filiorum Israel.
Sina, vel Sinai, mons in Arabia Petræa.
Sion, mons Jerosolymæ. Est mons ejusdem nominis apud Amorrhæos, qui et Hermon dicitur.
Smyrna, urbs in Minoris Asiæ littore.
Sodoma, præcipua civitatum regionis Pentapoleos, cum Gomorrha a Deo diruta.
Syracusæ, urbs Siciliæ quondam maxima.
Syria, regio olim Asiæ maxima. Regio circa Damascum dicitur Syria Damasci.
Syrophœnicia, regio Phœniciæ et Syriæ finitima.

T

Tanis, urbs magna inferioris Ægypti.
Tarsus, urbs notissima Ciliciæ.
Thabor, mons in medio Galilææ campo, in tribu Zabulon, is esse creditur in quo Christus transfiguratus est.
Thalassa, urbs in Creta insula.
Thessalonica, olim Macedoniæ metropolis.
Thyatira, urbs Lydiæ in Asia Minori.
Tiberias, olim Galilææ metropolis.
Tigeis, fluvius Asiæ celeberrimus, e montibus Armeniæ erumpens.
Tripolis, civitas Phœnices, maritima.
Troas, regio Asiæ Minoris, olim pars Phrygiæ Ægæo mari exposita.
Tyrus, civitas maritima in tribu Aser.

U

Ur Chaldæorum, regio Mesopotamiæ, unde Thare pater Abraham.

V

Vallis Arundineti, terminus tribus Ephraim, intra torrentem Carith et Jordanem.
Vallis Gad, in tribu Gad ad austrum, inter Aroer et Jazer.
Vallis Josaphat inter Jerusalem et montem Oliveti.
Vallis Raphaim sive Gigantum, ab Jerusalem protensa aquilonem versus, per tribum Benjamin usque ad tribum Ephraim.
Vallis Terebinthi, ubi cæsus Goliath.

Z

Zabulon, una e tribubus filiorum Israel, in Galilæa inferiori.

INDEX BIBLICUS

QUI RES EAS DE QUIBUS IN SACRIS BIBLIIS AGITUR, AD CERTA CAPITA ALPHABETI ORDINE DIGESTA REVOCATAS, SUMMA BREVITATE COMPLECTITUR.

In hoc indice, numerus caractere romano expressus libri caput, arabico vero, capitis versus indicat. Asteriscus numero appositus significat rem de qua agitur, per plures versus in eo capite tractari, vel locum inter cetera diligentius notandum. In librorum nominibus ad faciliorem et certiorem distinctionem id observatum est, ut Eccle. Ecclesiasten, Eccli. vero Ecclesiasticum denotet.

A

AARON adjungitur fratri suo Moysi socius, *Exod.* IV, 14, 16, 30; V, 1; VI, 13; VII, 1, 2. *Mich.* VI, 4. Fuit pronepos Levi, *Exod.* VI, 16, 18, 20. Peculiari ritu consecratur cum suis filiis ad ministerium sacerdotii, *Lev.* VIII*. *Num.* III, 10. *Deut.* XVIII, 5. *Hebr.* V, 4; sicut Dominus præscripserat, *Exod.* XXIX, 1; XL, 12. Aaronis et filiorum sacerdotalis ornatus, *Exod.* XXVIII*. Aaronis sacerdotis auctoritatem qui noluerunt agnoscere, inusitato genere mortis intereunt, *Num.* XVI, 3, 11, 30, 31. Aaron insigni miraculo ostenditur præ ceteris a Deo in sacerdotem summum electus, *Num.* XVII, 5, 8; post oblationem factam benedicit extenta manu populo, *Lev.* IX, 22; jure perpetuo pit pro officio sacerdotali oblationes et